Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Et recordabunt me liberati ue
stri in gentibus ad quas captiui
ducti sunt quia contriui cor eorũ
fornicans & recedens a me & oculos
eorum fornicantes post idola sua
& displicebunt sibimet super ma
lis que fecerunt & in omnibus abho
nationibus suis. Et scient quia ego
dominus nõ frustra locutus sum
ut facerem malum hoc. Hec dicit
dominus deus percute manu tuam
et allide pedem tuum & dic heu heu
heu ad omnes habitationes malor
domus israel quia gladio fame & pe
ste cadent qui longe est pes
te morietur qui autem prope gladio
cadet & qui relictus & obsessus
fuerit fame morietur. Et comple
bo indignationem meam in eis et
scietis quia ego dominus. Cum
fuerint interfecti uestri in medio
idolorum uestrorum in circuitu
aratrum uestrarum in omni colle
excelso & in uiuentibus montibus
cum & subtus omne lignum fron
dosum & subtus uniuersam quer
cum frondosum i. locum ubi dabant
erant thura redolentia omnibus
idolis suis. Et extendam manum
meam super eos & faciam terram de
solatam eorum & desertam ab deser
to deblata in omnibus habitationib;
eorum & scient quia ego dominus

Et factus est sermo domini ad me
dicens. Et tu fili homi
nis. Hec dicit dominus deus israel
ire finis uenit uenit finis super
quatuor plagas terre. Nunc finis
super te & immittam furorem meum
in te & iudicabo te iuxta uias tuas
& ponam contra te omnes abho
nationes tuas & nõ parcet oculus
meus super te & nõ miserebor tui &
uias tuas ponam super te & abhomi
nationes tue in medio tui erunt &
scietis quia ego dominus. Hec dicit
dominus. Afflictio unica afflictio.
Ecce uenit finis uenit finis. Eui
gilabit aduersus te & ecce uenit.
Venit contritio super te qui habitas in
terra uenit tempus prope est die
ei dies & nõ gloria montium
nunc de propinquo effundam iram
meam super te & complebo furorem
meum in te & iudicabo te iuxta vi
as tuas & imponam tibi omnia scele
ra tua & non parcet oculus mus
nec miserebor. sed uias tuas impo
nam tibi & abhominationes tue in
medio tui erunt & scietis quia ego
sum dominus percutiens. Ecce dies
ecce uenit. Egressa est contritio
floruit virga germinauit superbi
iniquitas surrexit in virga impie
tatis non ex eis & nõ ex populo nec
ex sonitu eorum & nõ erit requies
in eis. Venit tempus appropinq
uit dies qui emit nõ letetur et
qui uendit nõ luceat quia ira super
omnem plebem eius quia is qui ue
dit ad id quod uendidit nõ reuer
tetur & ad huc in uiuentibus uita
eorum. Visio enim ad omnem multi
tudinem eius nõ recedet et
uir in iniquitate uite sue nõ confor